Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Nec sibi nec alter quia enim nullius in potestate ē. Quamuis
optimi fideliter queres cognitas quoquisq: ordine recordentur.
Quid enim prius posterius ue homini ueniat in mentem non ē.
ut uolumus sed ut datur. Probabile ē. quod unusquisq: euan
gelistarum eos eo ordine credidit narrare debuisse quo uolu
isset ds ea ipsa quae narrabat eius recordatione suggerere in eis
dum taxat rebus quarum ordo siue illi siue ille sit. Nihil minuit
auctoritate ueritate que euangelicę. Cur autem sps scs diui
dens ppria unicuiq: pt uult & ideo mentis quoq: scorum
ppter libros. In tanto auctoritatis culmini conlocandos
in recolendo quae scrit[illegible]berent sine dubio gubernans
& regens alium sic alium uerum sic narrationem suam or
dinare permiserit. Quisquis pia diligentia quae si uerit
diuinitus adiutus poterit inuenire hoc tamen. Non ē huius
operis munus quod nunc suscipimus tantum ut demonstremus
euangelistas neque sibi neque inter se repugnare quolibet
ordine uel easdem res uel alias factorum dictorumque
xpi unusquisque eorum potuerit uoluerit uenerare qua
ppter ubi ordo temporum non apparet. Nihil nostrae inter
esse debet quem narrandi ordinem quilibet eorum tenuerit.
Ubi autem apparit si quid mouerit quod sibi aut alteri repug
nare uideatur utique considerandum & enotandum est.

Fxxii Sequitur ergo matheus dicens. Uespere autem facto obtu
lerunt ei multos dęmonia habentes & eiciebat sps uerbo
& omnes male habentes curauit. Ut adimpleretur quod
dictum ē per esaiam pphetam dicentem. Ipse infirmita
tes nrōs accepit & aegrotationes postauit. Hoc ad eiusdem
diei tempus pertinere satis indicat cum coniungit. Uespe
re autem facto sicut marcus cum de ipsa socro petri sanata
dixisset & ministrabat eis. Hoc idem subiecit. Uespere
autem facto cum occidisset sol adferebant ad eum om
nes male habentes & dęmonia habentes. & erat omnes